



...plicatae p[ro]latae memoriā. q[uod] p[ro]latae memoriā. q[uod] p[ro]latae memoriā.  
-sp[iritu] d[omi]ni q[uod] p[ro]latae memoriā. J E S U - J U V A T I  
-m[emor]ia s[ecundu]m p[ro]latae memoriā. S. F[abianus] C[oncordia] C[oncordia] C[oncordia]

**N**On eandem omnibus, vel sensu  
& tantum, vel ratione etiam gaudentibus  
animantibus, contigisse memoriam,  
q[ui]n feliciorem aliis, aliis infeliciorem, à  
naturā tributam esse, nemo, opinor, fa-  
cile contraveniet, & ab experientiā, irre-  
fragabili harum rerum teste, plus satis confirmatur.

### §. II.

Sic bruta inter spurcissimum illud suum genus, præ  
cæteris memoriā multū valere, *Elianu*s eleganti firmat  
historiā, q[ua]m ex eo *B. Sperlingius* refert. Sed & accipi  
tres, ciconiæ, hirundines, elephanti, leones, eqvi, canes, si-  
miæ, feles, imò & stupidum istud pecus Arcadicum, à me-  
moriæ suæ præstantiā hinc inde dilaudantur. Illud super  
reliqua notabile, nonnulla bruta, inde à tenerā juventute,  
bonâ frui memoriā, uti in eqvorum pullis, & paucis aliis,  
advertere licet. Ipse recordor, aliquoties mihi narratum  
esse, ante hos decem circiter annos, q[uo]dam ex vicinō huic  
urb[is] pagō rusticos, poma furtim ex horto q[uo]dam auferre  
voluisse, sed ἐπ' αὐλοφόρω ferè deprehensos, & in fugam  
propterea conjectos, pullum eqvulum, q[uem] secum unā  
cum matre, ut fit, adduxerant, præter opinionem reliquise.  
Hunc postea comprehensum, eos ducem secutos esse,  
q[ue]c furtō poma ablata fuerint, absq[ue] eō rectā ad domi-  
num viā perductos, hunc verò sic furti reum factum, & ad